

tristitia.

in quod. 2.

Novo et insolito siderum ortu infusa quaedam vel tristitia" potius quam laeta vel prope-
 mmeri ventura significari mortalibus, pene omnis veterum auctoritatis auc-
 toritas. Ista non evangelii scriptura salutarem novae stellae apparitionem
 fuisse testatur, quam Chaldeorum vidisse sapientes et recentem aeterni regis
 ortum de illius clarissimo fulgore coniccentes, munera tantae maiestatis con-
 venienter venerabiles optulisse narrantur. Sed eius stellae quae nuper apparuit,
 horrida et parum laeta facies ab omnibus qui eam se vidisse testati sunt, fuisse
 ac minaciter flagrasse nuntiatur; Quae ut reos congrua meritis nostris
 praesagia fecit, et cladem qua digni sumus indicavit. Quid enim interest, utrum
 homine vel angelo vel stella nuntiante imminens ira generi praediceretur
 humano? Hoc tantum est necessarium, ut intellegatur, supervacuum
 non fuisse sideris vixi apparitionem, sed admonuisse mortales, ut peni-
 tendo et Domini misericordiam invocando futurum certum declinare periculum. Sic in pre-
 dicatione Iona subvertit civitatis quae per illum fuerat praenuntiata homini-
 bus ad poenitentiae remedia converteri divina miseratione dilata est, fecitque
 erga populum illum, quod se facturum per Hieremiam promissit, cum
 eum in domum figuli descendere ibique iuxta operantem artificem